



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

Eminentissimo Card. Ivlio Mazarini S.R.E. Principi Meritissimo, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153



EMINENTISSIMO
CARD. IVLIO
MAZARINI
S.R.E. PRINCIPI
MERITISSIMO,

FR. LUDOVICVS IACOB A S. CAROLO *Carmelita*
S. P. D.

EA videtur esse tuorum apud omnes
meritorum estimatio (CARDI-
NALIS EMINENTISSIME)
ea prstantia dignitas, & rerum
gestarum adeò spectata magnitu-
do, ut mihi vel ipsum nomeu tuum
in patrocinium & clientelam appellanti, necesse sit,
mei tenuitatem ingenij, nequaquam parem recensem-
dis tuis artibus, domi & militia probatissimis, iam tum

* 2 ob

ab initio dicendi prætexere; quam si palastra quadam
Eloquentia fælicior adiunisset, si reconditoris littera-
tura adiumenta præcipua commendassent, iejunam
tamen, & inferiorem conatibus hisce meis existimem,
adeò si quidpiam aliquid tuo nomine dignum, etiam
meditatione assequi se posse consideret, ut eam, depreca-
turus à te, quam inferret, iniuriam, temeritatis conui-
ctam aperte condemnarem.

Quamobrem illius mihi maximè conscius, non ag-
grediar ad virtutum tuarum texendam panegyrim,
quarum laudem splendescensem ubique (vt cum Ly-
rico loquar) mediocris ingenij culpa detererem, ac
potius interea dum versabuntur in hac argumentosa
sanè materia viri studiorum fama per celebres, (quo-
tus enim illorum quisque est, quem sua in id sponte
propensum, rerum à te gestarum iucunda commemo-
rat io non incitet.) Dum, inquam, illi nihil omittentes
industria, qua tuo nomini deseruiat, nullum orna-
mentum à se desiderari patientur, quod argumenti di-
gnitas ex postulet. Dum apum dulcitudinem suavis-
simis tuis moribus adumbrandis, Iosocratis arculas &
pigmenta delicatissimis ingenij tui ductibus delinean-
dis, Tullianam eloquentiam figurarum vehiculo
triumphantem sermonum tuorum attollende mai-
stati, Poëtarum cœstrum, mentemque diuinissimam
consiliorum tuorum rationibus exponendis, ac demum,
omnes omnium colorum concursus, eminentiam, & di-
stinctissi-

stinctissimam confusionem virtutum effingendis tua-
rum lineamentis, fælicissimi utique opifices adhibe-
bunt. Ego & maximum capiam fructum singularis
omnium in te benevolentia, & mea (quæ certè nemi-
ni concedet vñquam) ut ne significationem deside-
res; non panegyrim, non arculas, non pigmenta, non
Poëtarum cantus, non elucubrationem unius operis,
sunt enim hæc obuia vel cuilibet, sed Bibliothecam in-
tegram, & Cardinali meritissimo Pontificiam eandem
consecrabo.

Atenim nè nomen tuum Europa toti celeberrimum
temerè videar, EMINENTISSIME CARDINA-
LIS, huic Biblioteca Pontificia præfixisse, momenta
rationum edifferam, qua me momerunt potissimum in
tuam clientelam obtrectatorum insania vindicande
confugerem. Mouit me in primis humanitas tua sin-
gularis, & dissertationum oratoriarum auscultatio sa-
nè quam diligens, habet enim admirationis non pa-
rum, quod oculatus testis obseruare potui, Roma vi-
gent etiamnum Academia, celebrant illas viri omni
scientiarum laude Principes, Philologis concessus est
frequens, texuntur Poëmata, recitantur orationes ex
tempore, feruet disputatio rerum arcanarum solers in-
dagatrix, conuolant Auditores, applauditur, quæ qui-
dem exercitationes ingeniorum cum laudatissime sunt,
tum eo plerisque omnibus gratiories acciderunt, quod
non raro præsentia tua cohonestasti, probasti indicio,

et in disputationem interdum mira litteratorum congratulatione descendisti.

Quid quod Bibliothecam ibidem instruxeris, quam selecta librorum suppellectili, magnis impensis, non modo locupletasti, sed etiam ornasti ita belle, ut nominatis quasque post se relinquat, quanto bene de litteris meritorum compendio, inde licet estimare, quod illius illis aditum non tam patefecisse, quam, quae est humanitas tua, maiestatem tua purpure reueritos, ad eam compellere videaris, cuius Biblioteca commodis mirum quantum faciet, quod eam in palatio tuo Quirinali Musarum amoenissima statione collocandam designasti, prouinciamque dedisti librorum delectum habendi Gabrieli Naudao, cuius cum ante summam eruditionem pariter et integritatem vita Roma suspexerit, in eam spem de te iam venit, ut talis ac tantus virte impulsore sibi postliminio concedatur.

Accedit quod Ioannis Lotti, et Bartholomai Tortoletti, aliorumque doctrine non vulgaris hominum fortunas, partim commendatione tua iuueris, partim etiam in tuto colocaris, nullumque omnino officium pretermiseris, quod a te posset in litteratorum ornamentum proficisci.

Quia cum omnia per illud tempus inspicerem, quo mihi Roma esse summa cum animi mei voluptate licuit, cœpit me primum tuarum virtutum ingens admiratio, excepit deinceps admirationem meam ardens signifi

signicanda in tantum virum obseruantia desiderium,
quo defunctus esse mihi aliquatenus videor, cum Bi-
bliothecam istam Pontificiam tuo nomini dedicauis,
qua noctibus Romanis elaborata, Quirinalem tuam
adire gestit, & in ea perinde quasi in Apollinis Palatini
templo sempiterna posterorum memoria commendari.

Et vero aeternitatem spirant, quacumque te spe-
ctant, impleuisti Galliam famam nominis tui, Hispani-
am prudentia laude, sanctimoniam morum Italiam;
quid magis aeternum, quam quod aeterna populorum me-
moria consignatur. Te litteratorum Meccenatem fa-
cient aeternum studiosorum monumenta. Te Principem
Ecclesia meminerint qui ex alijs alij nostram etatem
consequentur. Ego, quod in votis est ut maximè, quan-
diu Pontifica littera non silebunt, famam nominis tui
apud posteros immortalem deriuabo. Vale.

Datum Lugduni die 1. Decembr. ann. salutis 1642.

P R A E F A